



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Res à S. Ignatio Loiola Societatis Iesv Parente Gestæ**

**Ribadeneyra, Pedro de**

**Coloniae, 1622**

Venetias peruenit. 54

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44900**

quodam planoq; equore, sociū se illi Christus addidit, suiq; spectaculo suauissimè delibutū, ad plura posthac toleranda erexit. Ille lætitijs omnib. perfusus, Patauiū venit: aditu, quod in ea locorum custodia vix credas, nusquā impedito. 54 Venetias inde mouit, vbi Caroli Cæsaris legatum reperit: ciuem quidem suum, & à se vtiq; non alienum: eum tamen sibi appellandum non putauit, ne quem ab homine fauorem nūdinari videretur, diuino contentus. In vrbe, nouæ de integro difficultates ipsius profectionem eludere conatæ. Nam inter multa & nuper capta à Turcis Rhodus memorabatur, auspicijs Solimanni, nostra tum clade felicitis: & ipsemet **IGNATIUS** febrile non obscure incipiebat. Tamen nihil omnium fuit, quod animū ab incepto dimoueret. *Quin ea se esse spe ferebat,*

rebat, vt Hierosolymam nauaturus crederetur, si nauis uestra de portu Veneto soluisset.

Interea verò, quoad Venetijs hæerere visum est, hanc sibi viuendi legem IGNATIUS sciuit; interdium modicum victum precario querere: noctu autem, gratuitum sub cælo hospitium optare, quietemque in publico capere. 55 Hinc res eo tempore accidit memoranda; vt Senatorij ordinis vir de prima nobilitate, domi suæ cubans, se talibus per noctem vocibus increpari sentiret. Nempe tu inter hæc vestium stragulorumque serica, & familiaris opulentia aulica noctem degis; neque meum interim seruulum pensi habes, qui in fori porticu nudus abnoctat? Tu mollibus plumis, ac diuite in lectulo recumbis; illi pro culcitra humus est; & tegetis vicem cælo operitur. 56 Nō sustinuit improbrantis

br  
to  
ge  
gr  
M  
I  
hu  
po  
cu  
&  
me  
ho  
ho  
far  
57  
eff  
Gr  
Re  
cil  
in  
ne  
sul  
fur  
inc